

aculeus, **i**, subs. *m*. PROB Cat 20. deminutio genus seruat, hic aculeus, non haec aculea. PRISC Gramm 2.259. diminutio tamen a masculino fit aculeus teste Probo, quomodo ab equo equuleus. **FORMA** *f*. aculea GLOSS 2.564.8. aculea clauis, stimulus.; *de* eculeus *ambigitur* Ps CHAR 415. aculeus et eculeus. PRISC Gramm 1.102. eculeus, aculeus. **ETYM** *dem*. ab acus PRISC Gramm 1.106. excipitur ab acu aculeus. 1.162. acus, unde aculeus diminutium teste Probo. GLOSS 5.343.41. ab acu deminutium. **DLAT** **b1**, **d1**, **d2** aculeatus; *aculeo^{ML}/*aquileo^{CPASC}; *perperam* culex ISID Orig 12.8.13. Culex ab aculeo dictus, quod sanguinem sugit. **DROM** aculeus > aquileus^{ML} > *it*. ghiglia 'aguja o alfiler'; *ACULEO, ONE^{ML} 'aguijón' > *cast*. aguijón, *cat*. agulló, *fr*. aiguillon, *it*. aguglione, *port*. agulhão. [**FREQ** media **242** ^{indicia} **15** /^{d.c.m.} **200** PLAUT] *uocabulum scriptis litterariis argumentando narrando aptum, usibus mediis et doctis, minore numero quotidianis; uersu paulisper inuenitur; scriptis technicis ad historiam naturalem, medicinam, agri culturam, rem militarem rhetoricamque abundat; omnibus temporibus apparet, magis erae communis principii*.

VARIATIO OPERUM		indicia	p/ ^{d.c.m.} subc.
	exponendo	83	28
	narrando	36	6,7
	argumentalis	122	19
	dramatica	1	2,6
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	24	8,6
	I-II ec.	74	19
	III-V ec.	143	17
DIAPHASICA	quotidiana	2	3,9
	media	229	17
	docta	11	5,2
DIASTRATICA	litteraria	161	12
	technica	80	29
MODUS	prosa	240	17
	uersu	2	1,1

¶ *acumen uel mucronem ab homine maligno in uictimae quoque humanae mentem illatum significauit, moralia damna uel interdum animi facetias prouocans; in rebus spiculum designauit uenenatum quod ferum uel molestum animal in uictimae corpus infert; quod, natura curuum, fixum permanet et iugiter laedit inimico abeunte; apud Christianos, peccatura fuit a daemonio illatum* • *significó el aguijón de la extremidad punzante que un ser humano malintencionado introduce en la mente de su víctima también humana, provocando daños morales o, eventualmente, la sorpresa ingeniosa; o, en el plano referencial, el aguijón venenoso que un animal, peligroso o molesto, introduce en el cuerpo de su víctima; el aguijón, por su naturaleza curva, queda clavado y continúa realizando su mal una vez alejado el agresor; en el imaginario cristiano, fue identificado con el pecado introducido por el demonio*  DUCANGE. Aculeus apum, acumen, stimulus, peccatum.

a1 *antequam rebus applicatum fuisset, ut animi acumen uel anxietatem significauit a uerbis illatum* • *antes que en su uso referencial, aparece como 'aguijón' o 'preocupación' introducido por la palabra* [**HYPER** irritatio **DOM** contumelia, euellere, fingere, pungere] **200** PLAUT Trin 1000. iam dudum meum ille pectus pungit aculeus, quid illi negoti fuerit ante aedis meas. **70** Cic Verr 2.3.95. habet ... quendam aculeum contumelia, quem pati pudentes ac uiri boni difficillime possunt. **96-113** PLIN Epist 3.15.4. aculei iudicii mei ... euelli quidem extorquerique non possunt. 1.20.18. relinquere uero aculeum in audientium animis is demum potest qui non pungit sed infigit. **386** AMBR Epist 40.28. Consideret clementia tua quantos insidiatores habeat Ecclesia, quantos exploratores: leuem rimam si offenderint, figent aculeum. **375** SYMM Epist 6.20.1. Dudum sanitatem filiae meae integratam esse rescripseras; mox sequentibus litteris sollicitudini nostrae reciduum aculeum subdidisti.  GLOSS 5.436.26. stimulus uel exulceratio.

in melius comprehensum, agendi stimulum significauit • *de manera más positiva, significó el estímulo, acicate o incentivo para actuar* [**SIM** stimulus^b] **29-9** LIV 45.37.11. haec sicut ad militum animos stimulandos aliquem aculeum habent. **62** SEN Tran 1.12. ubi lectio fortior erexit animum et aculeos subdiderunt exempla nobilia.  GLOSS 2.564.8. aculea clauis, stimulus.

ad comoediam aspectat • *aparece aplicado al género de la comedia* **55** CIC De orat 3.138. cuius in labris ueteres comici ... leporem habitasse dixerunt tantamque in eodem uiui fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. **32** VAL MAX 8.9(ext).2. ueteris comoediae maledica lingua ... in ... animis eorum, qui illum audierant, quasi aculeos quosdam relinqui praedicabat.

item ad ius et forum, ubi oratoris scaena ualde idonea erat ad acerbitatem adhibendam • *o al mundo forense, donde la puesta en escena era muy favorable para el uso de la mordacidad* [**DOM** forensis] **46** CIC Orat 63. horum oratio neque neruos neque aculeos oratorios ac forensis habet. **45** CIC Fin 4.7. Pungunt quasi aculeis interrogatiunculis angustis. Luc 98. ut omnes istos aculeos et totum tortuosum genus disputandi relinquamus.

a2 *uocabulum aliquem effectum inducere potens, nunc positium et iucundum, per dictum facetum, in aculeum uersum qui mentem excitat ut sic uoluptatem afferat: est itaque humor acutus et mordax* • *la palabra también es capaz de introducir un cierto efecto, esta vez positivo y grato, mediante un dicho ingenioso, constituyéndose en un aguijón que despierta la mente causando, en esta ocasión, el placer: es el humor acerado y punzante* [**HYPER** argutiae] **46** CIC Brut 173. in altercando cum aliquo aculeo et maledicto facetus.

RHET *contra blandimentum interdum collocatum est* • *se identifica a veces como el recurso opuesto a blandimentum* **96-113** PLIN Epist 2.19.5. Quo minus mirum est, si auditorum intentio relanguagescit, nullis extrinsecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata. 4.5.3. Rhodii ... comparationis aculeis excitabantur. **375** SYMM Epist 7.9.1. uolo ut in aliis materiis aculeis orationis utaris, huic autem generi scriptioonis maturum aliquid et comicum misceas. **LOG** **334-337** FIRM Math 1.3.4. argumentorum suorum aculeos licentia exercitati sermonis exacuit.

b1 *in rebus spiculum uel spinam multorum animalium designauit, quae saepe bestiolae sunt, sed maxime scorpionis* • *en el ámbito referencial, designó el aguijón de varios animales, habitualmente insectos, y especialmente el del escorpión* [**HYPER** spiculum^a **SIM** "acumen"^b, spina^c **DOM** nepas, scorpio] **45** CIC Fin 5.42. cornibus uti uidemus boues, nepas aculeis. **79** PLIN Nat 11.87. geminos ... scorpionibus aculeos esse. **79** PLIN Nat 11.165. dentium uice aculeus insectis. **200** VET LAT Apoc 9.10. habebant caudas similes scorpionum, et aculei erant in caudis earum. **300-400** EPIST Alex 199. erectis caudarum aculeis scorpiones ... confluxere.  NON n19. cornibus uti uidemus boues, nepas aculeis. ISID Orig 12.5.4. scorpio animal murtum aculeo, et ex eo Graece uocatum quod cauda figat. ADNOT Lucan 834. Scorpio animal armatum aculeo et ex eo Graece uocatum, quod cauda figat et arcuato uulnere. ADNOT Lucan Suppl 208. STIMULAVIT bene stimulauit; aculeum enim in cauda habere dicitur. GLOSS 2.490.62. κέντρον ζώου. 2.18.43. aquilio κέντρον βοῶν καὶ σκορπίων. *sideris Scorpionis aculeum designauit* • *designó el aguijón de la constelación zodiacal del Escorpión* **90** CIC Arat 430. ingenti existit cum corpore prae se Scorpius infestus, praeportans flebile acumen. **384-440** MACR Sat . Scorpis ... transacta hieme ... aculeum rursus erigit ui sua.

item apis • *la abeja* [**DOM** apis] **45** CIC Tusc 2.52. apis aculeum sine clamore ferre non possumus. **55-56** SEN Clem 1.19.3. apes aculeos in uolnere relinquunt. **380-420** CHALC 1.216. apes aculeis ... secundum naturam suam se defendunt.  SCHOL Stat Theb 575. apes ARMATAS aculeis. GLOSS 2.58.16. eculeus κέντρον μέλισσης. 5.436.27. ab acu dictus est et ferreus et quo pungunt apes et uespae aliaque animalia eiusmodi.

quae aculeum habet si fucus non sit • *que dispone de un aguijón característico de las obreras, pues no disponen de él los zánganos* [**DOM** fucus] **79** PLIN Nat 11.27. sunt autem fuci sine aculeo, uelut imperfectae apes. 11.59. aculeum apibus dedit natura, uentri consertum ad unum ictum.  PHILARG Verg Georg 4.168. FUCOS genus apium sine aculeis.  GLOSS 2.347.49. κέντρον κηφήνος 'zángano'.

item uespae • *también de la avispa* [**DOM** uespa] **30-50** PHAEDR App 31.8. uespa quemcumque uisum est laedis infixo aculeo. **79** PLIN Nat 11.74. latior uesparum matrum species, dubiumque an habeant aculeos, quia non egrediuntur.  GLOSS 5.436.27. ab acu dictus est et ferreus et quo pungunt apes et uespae aliaque animalia eiusmodi.

culicis • *del mosquito* [**DOM** culex] **60** COLUM 1.5.6. palus infestis aculeis armata gignit animalia. **121** SUET Poet Verg. culex inter duo tempora aculeum fixit pastori.  ISID Orig 12.8.14. Sciniphes muscae minutissimae sunt, aculeis permolestae.

uel oestri • *o del tábano*  ISID Orig 12.8.15. Oestrus animal armentorum, aculeis permolestum.

b2 *acrum similiter noxium certorum maris animalium, ut pastinaca, designauit* • *designó la extremidad con la misma función agresiva de ciertos animales marinos, como la raya látigo o pastinaca* **30** CELS 6.9.6. pastinacae aculeus torretur.

item delphini spinas • *o las espinas de la aleta del delfín* **79** PLIN Nat 9.25. delphinus praebebat ascensuro puero dorsum, pinnae aculeos uelut uagina condens.

aranei spinas uel pinna uenenata • *la espina o aleta venenosa del pez araña* **79** PLIN Nat 9.155. pestiferum animal araneus, spinae in dorso aculeo noxius.

uel quidam maris parasitus, qui eo utitur ut hospiti adhaereat • *o cierto parásito de mar, que se sirve de ella para fijarse a su huésped* **79** PLIN Nat 9.54. Animal ... se et thynno et ei qui gladiis uocatur ... sub pinna adfigit aculeo.

b3 *inter terrestria animalia, ad gallinam aduncum ungem pertrahit* • *entre animales terrestres, fue aplicado al espólón de la gallina* **60** COLUM 8.2.8. gallina quae hoc uirile gerit insigne ... calcis aculeis oua perfringit. *hystricis spinam saepius designauit, quae propellenda fortiter esse uidetur; quod momentum ad tela iaculanda refertur* • *con más frecuencia, designó la púa del puercoespín, que puede ser despedida con fuerza, acción relacionada con el lanzamiento de un arma* [**DOM** hystrix, torpere] **29-9** LIV 4. glorientur ... Romani te ... uelut aculeo emissio torpere. **50** CURT 4.14.13. temeritas quae, uelut quaedam animalia emissio aculeo, torpet. **79** PLIN Nat 8.125. hystrici longiores aculei et, cum intendit cutem, missiles. **350** SOL 30.28. Hystrix spinis tergum hispida, quas plerumque laxatas iaculatione emittit uoluntaria, ut assiduis aculeorum nimbis canes uulneret ingruentes.

seu herici spinam • *o la púa del erizo* [**SIM** spina **DOM** echinus] **79** PLIN Nat 8.133. irenaei conuoluuntur in formam pilae, ne quid prehendi possit praeter aculeos. **395-415** MARCELL 26.25. ad dysuriam ... echinos tere cum aculeis suis.

etiam serpentis dentes, qui scorpionis aculeum in mentem trahebant, designauit • *también se aplicó a los dientes de la serpiente, por su similitud con el aguijón del escorpión* **334-337** FIRM Math 8.28.6. erunt Marsi, uenena uendentes, qui serpentes sopitis uenenorum aculeis nutriant.

c1 *armorum uel telorum metallicum acumen, ut sagittae* • *punta, habitualmente metálica, de un arma, como la de la flecha* [**HYPER** acumen^a **SIM** spiculum^b **DOM** sagitta] **29-9** LIV 38.21.1. aculeus sagittae aut glandis abditae introrsus tenui uulnere in aculeis uenit. **350** IUST 9.2.13. Philippo digresso sublaturum uersurumque aes statuatae in aculeos sagittarum.

seu acumen tribuli • *la del trébol o abrojo* **368-369** ANON De mach bell 10.1. hoc iaculi genus (plumbata et tribolata) ... in terram positum plantae calcantis infigitur, eo quod ... aculeo ex se eminente inferat uulnus.

c2 *omne genus acumen uel clauum metallicum* • *cualquier pincho o clavo metálico* [**HYPER** clauus^c] **60** COLUM 7.3.5. robustam tabulam configunt aculeis ... ea res ferum prohibet a rixa, quoniam stimulatuum suo ictu ipsum se sauciat. **390** VEG Mil 2.24. Alii contra elephantum catafractos milites inmiserunt, ita ut in brachiis eorum et in cassidibus uelut aculei ingentes ponerentur et ferro.

seu priuato ambitu acum ad pellem notis signandam aptam • *o, en un ámbito privado, la aguja para tatuar*  ISID Orig 9.2.103. Scotti propria lingua nomen habent a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento uariarum figurarum stigmatem adnotentur.

c3 *interdum aculeum ut pungendi actum ab re aculeum patiente distinguere difficile est, quasi punctio* • *en ocasiones, es difícil distinguir el pinchazo o picotazo del objeto que lo recibe o sufre* [**SIM** "punctio"] **398** AUG Sermon 216.3. si non in uobis semen uerbi Dei ... inter spinas cupiditatum uestrarum perniciosus aculeis suffocetur.

d *rei qualemcumque quae forma uel effectum similem sensum praeberet, ut ossa fracta carmen pungentia* • *nombró asimismo cualquier objeto que, por su forma o efecto, supusiera el mismo significado, como unos huesos rotos que pinchan la carne* [**DOM** uelut] **30** CELS 8.10.7i. interdum fractura quibusdam uelut aculeis carnem uehat ... aperire iel medicus eosque aculeos praecidere necesse habet.

seu mollis purpurarii radula quae minime pungendo praerodit • *o la rádula del molusco de la púrpura, que no pincha pero roe* **79** PLIN Nat 9.128. Lingua purpurae ... qua pascitur perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo est.

seu muscae fistula • *o la trompa de la mosca* [**SIM** fistula] **79** PLIN Nat 11.100. sunt hi aculei quibusdam hebetes neque ad punctum, sed ad suctum, ut muscarum generi, in quo lingua euidens fistula est.

quae scorpionis aculeo similis est ueneno pero fistulam infuso • *que es semejante al aguijón del escorpión, con un conducto (fistula) por el que descargar el veneno* **79** PLIN Nat 11.163. tenui foliura perforati, ut scorpioni aculei, uenenum infundens.

d1 *BOT certorum foliorum apex ut acumen* • *ápice o uenención aguda de algunas hojas* **47** SCRIB LARG 165. trifolii acuti seminis, quod et ipsum in extremo aculeum habet. **60** COLUM 6.3.8. Nam id quoque, uti iuniperus, respuitur a pecore propter aculeos.

quale id scolymi • *como la de la alcachofa* **79** PLIN Nat 21.96. scolymi aculei arescente folio desinunt pungere.

uel pungens urtica • *o la punzante ortiga* [**DOM** urtica] **60** COLUM 8.14.8. Cauendumque est ne aut aculeis urticae compungantur. **380-430** PALLAD 1.30.3. ubi urtica non fuerit, cuius aculeos anseres formidant.

d2 *certarum plantarum spinas seu uilli acuti* • *espinas o pinchos de algunas plantas* **79** PLIN Nat 12.33. gens Ariana appellatur, cui spina lacrima pretiosa murræ simili, difficili accessu propter aculeos adnexos.

qualis arbor acanthus • *como la mimosa* **79** PLIN Nat 13.63. aculei spinarum et in foliis.

seu rubi • *o las zarzas* **79** PLIN Nat 16.176. recisisque aculeis rubi.

seu cardo • *o el cardo* **79** PLIN Nat 20.262. cardo florem purpureum emittit inter medios aculeos.

seu scorpio herba • *o la efedra* **79** PLIN Nat 22.39. scorpio herba ... in cacumine aculeum habens et inde nomen.

(*Rhamnus alaternus*) *seu rhamnos* • *o la espina santa o almácigo* **79** PLIN Nat 24.124. rhamnos ... ramos spargens rectis aculeis, non, ut ceteri, aduncis.

sive aculeum quoddamque ramum uel stipitem • *o cualquier protuberancia de una rama o poste* **380-430** PALLAD 4.10.12. clauae nodis et aculeis trabis.

e *constructionem predicatorum redundantem formauit, cui exemplar aculei cognitium ad aggressiuitatem physicam uel uerbalem additum est ut 'aculeus^{gen}'* • *formó, desde temprano, una construcción predicativa redundante, en la que se incorpora el modelo cognitivo de aculeus a la agresividad física o verbal, como 'aguijón de'* **160** GELL 5.15.9. Hos aliosque talis argutae delectabilisque desidiae aculeos cum audiremus. **207** TERT Adu Marc 4.15.3. quando et admonitio non fit sine aculeo comminationis. **330** ARNOB 1.26.1. aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum suarum. **375** SYMM Epist 2.26.2. non est necesse ... aculeos exhortationis adhibere. **398** AUG Sermon 302.2. Quos comminationis aculeos ... admoueamus cordibus duris et pigris? 313c.2. zeli et liuoris confregit aculeos. **412-427** AUG Ciu . ut ... mitiget praesentis doloris aculeos.

f1 *MED quia punctio a spina facta damnum leue sed frequens erat, medici medicamenta inuenerunt ut spinam elicerent uel plagam sanarent* • *siendo el pinchazo de una espina una agresión leve pero frecuente, en el ámbito médico se encontraron remedios para su expulsión o curación* **79** PLIN Nat 20.128. nasturtium nigrius extrahit ... corpori aculeos. 20.133. rutae ualent et contra ... uesparum aculeos. 20.223. maluae aculeos omnes extrahunt. 22.107. prima propolis aluorum ... aculeos et omnia infixae extrahit. 22.159. hormino tuso extrahuntur aculei ex corpore. 24.87. foliis ... harundinis Cypriae ad extrahendos aculeos utuntur. **395-415** MARCELL 34.33. Si echini aculei pedibus inhaeserint ... in lotio humano calenti pedem diu tene.

item ad acutum stadium magno dolore corpus lacescente • *también a la fase aguda de un episodio doloroso como 'pinchazo' o 'punzada'* **404** HIER Epist 108.1. inter doloris aculeos, quos mira patientia sustinebat ... loquebatur.

f2 *partus dolores uel acumina* • *contracciones del parto* **338** IUL VAL.1.12 . adpetente ... iam partitudinis tempore ... Olympias ... cum ... secundis ... aculeis pulsaretur.

g *stimulum quo certa flagella terminabantur, uel flagellum ipsum designauit* • *designó la púa o puya en que terminaban ciertos tipos de látigo, o el látigo mismo* [**HYPER** flagellum^a **SIM** stimulus^a] **330-430** HEGES . Muta enim animalia referre solent ... incitari aculeo, declinare uerbera. COD Theod 8.5.2. aut uirga aut certe flagro, cuius in cuspidem infixus breuis aculeus fulrescentes artus innocuo titillo poterit admonere.

h *ML machina belli quaedam sicut scorpio, quae ballistam referebat* • *cierta máquina de guerra, también llamada escorpión, semejante a la ballesta o a la catapulta* [**HYPER** tormenta muralia **SIM** "scorpio"^b] **390** AMM 23.4.7. appellatur ... scorpio ... quoniam aculeum desuper habet erectum. DUCANGE. Aculeus, genus tormenti ad modum acus acuti.

i *ius legis poenam contra delinquentes a magistratibus indictam significauit* • *significó el castigo que impone la ley a los delincuentes* [**HYPER** poena **DOM** auctoritas, indignatio, lex] **32** VAL MAX 9.10.pr. ultionis autem quem ad modum acres, ita iusti aculei sunt. COD Theod 9.36.1. quarta bonorum omnium parte multatus aculeos consultissimae legis incurrat. 16.5.35. in eos etiam auctoritatis aculei dirigantur. 7.1.pr. ut continuato scelere grauioribus aculeos seueritatis incurrerit. NOVELL Iust 15.2.1. In quem oportuerat acerbioribus legum aculeis uiudicari. COD Iust 1.51.14.3. praesentis legis aculeos possit euadere. 1.1.8.35. communione receptis indignationis uestrae remoueat is aculeos.

mortis aculeus. CHRIS **a** *metaphora per quam peccatum animal uenenatum, quod est daemonium, repraesentat, cuius aculeus mortem spiritualem in credentem peccatorem inducit* • *metáfora en la que el pecado representa el animal venenoso, que es el demonio, cuyo aguijón introduce en el creyente peccador la muerte espiritual, esto es, 'aguijón' o 'látigo'* **207** TERT Adu Marc 1.22.3. Erat enim iam mors, et aculeus mortis delictum. 5.10.16. Ubi est, mors, aculeus tuus? **208-212** TERT Resurr 61.6. Aculeus ... mortis delinquentia. **398** AUG Sermon 151.7. Aculeus ... mortis est peccatum; cuius punitione facta est mors.

b *item aculeus peccatum ipsum designauit* • *llegando aculeus a significar el pecado* [**HYPER** uitium animae] **384** HIER Epist 22.5. Apostolus ... ob carnis aculeos et incentiua uitiorum reprimat corpus suum. GLOSS 4.6.23. aculeum peccatum.